Fragmentarium

[illegible]
ſra domū mortuuſ iacet. Sed cum diuina clementia cor eius ad penitentiā agendam inflāmat. quaſi infra domū mortuuſ reſuſcitatur [illegible]

In feſtiuitate ſci nicholai confeſſoris. Ad veſpas capitulum

Iuſtus cor ſuum tradet. Reſp. Amauit eum dñs et ornauit eum. A. O paſtor eterne o clemens et bone cuſtos qui dum deuoti gregis preces attenderes uoce lapſa de celo preſuli ſanctiſſimo dignum epiſcopatu nicolaum oſtendiſti tuum famulum. A euouae. Colla.

Ds qui beatum nicolaum pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis. tribue nobis qs ut eius meritis et precibus a gehenne incendiis. et a peccatorum uinculis. et ab inimicorum inſidiis liberemur. Per. Invitat.

Confeſſorum regem adoremus qui celeſtem regni meritum et gloriam contulit ſancto ſuo nicholao. Venite. In i. noct.

Nobiliſſimis ſiquidem natalibus ortus ille lucifer nicholaus emicuit. A euouae. Beatus uir. A. Poſtquam domi puerilem decurſat etatem cunctis mundi huius ſpretis oblectationibus criſti ſe iugo ſubiciens documentis ſanctis ſuum prebuit auditum. euouae. [illegible]. Pudore bono repletus dei famulus ſimpatibus damnat ſtupri nefas prohibuit. euouae. Dñe qd. Amauit eum dñs. Lectio i.

Myrrea metropolis ciuitas achaie. orbata eſt ſuo antiſtite; cuius

[illegible]
piſcopi. fuerat enim benigne religioſus. conuenerunt in unum cum clericis ſuis cunctis: ut annuente deo. prouiderent illi eccleſie ſecundum ſtatuta canonum. idoneum preſulem. Conuentione itaque facta. intererat quidam pontifex magne auctoritatis. ad cuius nutum. omnium pendebat ſententia: ut quem ille uoce proderet. hunc procul dubio eligerent uniuerſi. Hic ergo per omnia ſequens ueſtigia apoſtolorum. cunctos ieiuniis. et deuotiſſimis precibus adortatus eſt inſiſtere. quatenus ille qui mathiam incidit numerum ſupplere apoſtolicum: ipſe ſolita clementia panderet. quem fungi tanto ſacerdotio uellet. R. Confeſſor dei nicholaus nobilis progenie ſed nobilior moribus ab ipſo puerili euo ſecutus deum meruit diuina reuelatione ad ſummum prouehi ſacerdotium. V. Erat enim ualde compatiens et ſuper afflictos pia geſtans uiſcera. Meruit. Lectio ii.

Tunc omnes quaſi celeſti commonerentur oraculo. conuerſi ad dominum. flagitabant intimis precibus: ut paſtor eternus. utiliſſimum ſuarum ouium paſtorem oſtendere dignaretur. Illis quippe ſumma cum deuotione orantibus. uocem de celo audiunt dicentem ſibi predictus pontifex. ut egrediens ante portas ſtaret eccleſie. et quem primum hora matutinali

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 14, fol. [16]v – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m557/7123/69846)